



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Facilis Et Succincta S.S. Canonum Doctrina

Pirhing, Ehrenreich

Dilingæ, 1690

§. II. Quinam ab accusatione Matrimonij sunt repellendi?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61641)

nix habebantur, quod essent maritus & uxor. Tertiò si probet, quod parentes se tractabant, ut maritus & uxor; & quamvis parent aliqui solam famam sufficere ad probandam legitimitatem, saltem mortuis parentibus. Negant tamen hoc alij, videatur *c. transmissa 3. h. t.*

ubi assertioni parentum statur contra legitimos natales, &c. *Per tuas 12. eodem* ubi testium depositioni magis deferetur, quàm famæ vicinix, & quæ dicta sunt de probatione filiationis in *L. 2. Decret. Tit. 19. §. 7.*

TITVLVS XVIII

QUI MATRIMONIUM ACCUSARE POSSINT
VEL CONTRA ILLUD TESTIFICARI.

§. I.

Quinam admittantur ad accusandum Matrimonium, vel testificandum contra illud?

Stagatur contra matrimonium ad separationem thori propter adulterium, solus ad accusandum admittitur Coniux innocens, quia hujus tantum, non autem alterius interest. Si verò agatur ad separationem vinculi matrimonialis, ob hujus scilicet nullitatem, propter impedimentum consanguinitatis v. g. primò omnium admittuntur parentes ad accusandum, & his deficientibus proximiores consanguinei, ac post hos etiam extranei, præsertim maturiores & antiquiores vicinix; & si conjugum tantum interfit valere, vel non valere matrimonium, vel si impedimentum sit, in quo se ipsos iurare possunt conjuges, uti est impedimentum erroris, impotentix v. g. soli conjuges ad accusan-

dum admittuntur, cum hi possint, si non velint ut conjuges, saltem ut frater & soror cohabitare. Omnes autem, qui admittuntur ad accusandum, admittuntur etiam ad testificandum, pro, vel contra matrimonium, dummodo alii sint idonei testes, ita tamen ut etiam Parentes & Consanguinei &c. in causa consanguinitatis v. g. testificari possint, pro ut sumitur etiam ex *c. Videtur 3. h. t.* (cum tales præsertim Genealogiam suam nosse videantur, & idem possit esse testis, qui fuit accusator, aut denunciator pro ut ex variis iuribus *caus. 35. q. 6.* patet.

§. II.

Quinam ab accusatione Matrimonij sunt repellendi?

Respondetur, repelli debent primò ab accusando matrimonium, qui propter quæstum accusationem intendunt. *c. Significante 5. h. t.* cum talis accusatio non fiat ex bono zelo, & collusionibus obnoxia sit. Secundò repelli debent,

Ttt 3

§. IV.

Quis sit iudex competens casuum matrimonialium:

Triplices sunt causæ matrimoniales, quædam sunt omnino politice, seu civiles, ut de dotibus, hæreditatibus, & successibus &c. & hæc ad secularem, seu politicum Magistratum pertinent, ut probat illius iurisdictio. Quædam sunt purè spirituales, ut de partibus Sacramenti, de benedictione sacerdotum &c. & hæc pertinent ad Ecclesiasticum Magistratum. Quædam sunt partim spirituales, ut de gradibus Consanguinitatis, divortii, & impedimentis &c. hæc possunt quidem ad secularem Magistratum pertinere, præsertim, si tantum quaestio facta sit, semper tamen cum subordinatione ad Ecclesiasticum Magistratum, prout in Tridentino sess. 24. can. 12. definitum est. (cùm in matrimonium novæ legis sit Sacramentum) & quidem ad Episcopum, vel alium inferiorem Prælatum, ex illius delegatione, vel ex privilegio, quia causæ matrimoniales inter arduas numerantur, ut sæpe dictum.

bent, ad multas fraudes cavendas, qui tempore præmissæ denuntiationis scientes impedimentum, tacuerant, nisi postmodum probent suam de denuntiationibus ignorantiam, aut jurent, quòd in notitiam impedimenti primùm post denuntiationes illas factas, & contractum matrimonium venerint, neque quidquam malitiosè contra matrimonium objiciant. c. *Cùm in sua* 6. h. 2. Sunt autem tres casus, in quibus regulariter præsumitur ignorantia eorum, quæ palam fiunt in civitate. Primò si quis ex statum temporis extra Diocesim. Secundò si quis tunc erat in tenebris adhuc ætate. Tertio si ex infirmitate patiebatur defectum usûs rationis.

§. III.

Proponuntur & resolvuntur nonnullæ quæstiones occurrentes circa tria capitula hujus Tituli.

Videantur c. Relatum 1. h. 1. c. à nobis 2. eodem. & c. Insuper 4. eodem, quæ rectius etiam videri possunt apud Auctorem, quàm ut eorum mens hic referatur.

